

SEBASTIANVS MONSTERVS THEOLOGVS ET MATHEMA-
ticus Basiliensis.



Sebastianus natus est in oppido Rhenensi Ingelheim anno 1489. Is cū prima literarū fundamenta iecisset, sese ad Heydelbergensem academiā con tutit, atq; ob ingenij perspicuitatem prēclaram operam artibus & linguis nauauit. In primis uero disciplinis Mathematicis, atq; Hebrææ linguæ diligenter incubuit, & in ijs adeò profecit, ut suo tempore in illis nullis secundus iudicaretur. Ut etiā com modius studijs uacare posset, sese monachorum Minoritarū collegio coniunxit, atq; huius mundi pom pam neglexit. Verum postea cum Euangelij lux ora esset, eum ordinem reliquit, atq; Heydelbergam rediit. In ea schola cum sua eruditione omnibus do

Etiā innotesceret, unā cum Simone Grynæo Basileam uocatus, 1529 cōparuit, atq; Hebraicæ linguæ professor in ea Academia cōstitutus fuit. Postea quoq; Adami Petri defuncti Typographi, & de literis bene meriti, honestissimam uiduam uxorem duxit, atq; uitæ suæ integritate cunctis gratissimus fuit.